



Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

Gruterus, Janus

Francoforti, 1614

XXXII. Episcopi Olomucenses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64659)

XXV.

Ludouicus Comes ab Erbstein, postulatus, sed Episcopatum resignauit.

XXVI.

Marinus de Trigeno Italus à Papa Sixto IV. missus, anno 1491.

XXVII.

Benedictus à VValstein, vendidit successori Episcopatum.

XXVIII.

Martinus Karet, Theologiae Doctor, anno 1498. obiit 1522.

XXIX.

Erasmus Manduel Arneshusanus, mundo ualedixit 1544.

XXX.

Joannes Bugenhagius VVollinensis, Ecclesiastes VVittenbergensis, Episcopus electus, sed recusauit.

XXXI.

Bartholomæus Svanenius à Stolpe, militum ductor Butouiensis, resignauit.

XXXII.

Martinus VVeier hereditarius ad Lebam, vitam reliquit anno 1556.

XXXIII.

Joannes Dux Pomeraniae electus anno 1556.

XXXIV.

Casimirus Dux Pomeraniae creatus anno 1574.

OLOMVCENSIVM
EPISCOPORVM SERIES, PER

AVGVSTINVM MORAVVM SVPREMVM

Regis Vngariae Secretarium.

Primus

Primus Archiepiscopus Moraviae Cyrillus, natione Graecus prius Constantinus Philosophus dictus, à Nicolao I. Pontifice Maximo, anno Christi octogesimo septimo supra octingentesimum Sedem Velegradensem suscepit, postquam Triballos primum, inde Svvatoplukum Moravorum Regem cum vniuersa gente (quae Vi-
stula, Danubio ac Vago fluuio terminabatur) in fide Christi inuicariat. Fuere hi Marcomanni veterum quondam historis celebratissimi. hic quum Ecclesiae quinque ferme annis praesedisset, Archiepiscopatu cessit, Adriani-
que Pontificis nutu Methodium fratrem Ecclesiae Velegradensi praefecit. Qui cum à iuniore Svvatopluko mul-
tis iniuriis ac contumeliis cum clero suo afficeretur, Eccle-
siae huic sacris interdixit, Romamq; concessit, reuocatus-
que non multo post, quum nihilo remissius rex in clerum
insisteret, omnibusq; sceleribus & vitiis homo sanguina-
rius flagraret, beatus Methodius gregis sui perditionem
tante non valens Romam iterum rediit, atque illic anno
Christi noningentesimo septimo, ex hac luce migravit, in
Ecclesia Diui Clementis (cuius corpus Cyrillus ex Cher-
sona ponti Romam attulerat) sepultus, post cuius obi-
tuum sedes Episcopalis quinquennium ferè vacauit.

I.

Joannes ex Moraviae Episcopis primus beato Metho-
dio in Pontificatu successit, Episcopalemq; sedem in oppi-
do Polešovvicz, in Ecclesia sanctorum Petri & Pauli A-
postolorum, annis sexdecim ferè rexit, religiosq; admini-
strauit. huius tempore Venceslaus quum Ducatum Boie-
miae moderaretur, ab impio Boleslao fratre (qui virtuti-
bus ipsius vitamq; sanctimonie regnandi cupiditate amula-
batur) occisus, gloriosam martyrii lauream suscepit, inter
ditos non multo post relatus. Otho verò Caesar qui tum
Germanis praerat, tam immane patricidium ferre non
valens, Boleslaum vsq; adeo persecutus est, vt bello con-
tra eum moto, hunc castris exuerit. Eoq; miserabiliter

eeee 5

extincto, Boemiam etiam ditioni suę subiecit. Tradunt nonnulli Sedem Episcopalem non in Polosbovicz, sed in Kunovvicz fuisse.

II.

Silvester Moravorum Episcopus secundus, Joanne viro defuncto, episcopales infulas, anno Christi quadagesimo secundo supra noningentesimum suscepit, Episcopatuque decem & novem annos præfedit: post cuius mortem Episcopatus Ratisponensi Ecclesiæ (quæ tum Bavoriorum erat metropolis) usque ad annos triginta quinque fuit unitus: inde verò per Benedictum septimum tempore beati Adalberti Pragensis Archiepiscopi opera Boleslavi pii Ecclesiæ Pragensi annexus, quæ unio nonaginta duobus annis duravit, usque ad Severum Episcopum Pragensem, ac Vratislaum Regem Boemiarum primum, cuius opera, annuente Alexandro Pontifice Maximo, Episcopatus rediit ad Moravos. Sub hoc Silvestro, Hungari gens Scythica Pannoniam infestant, exactisque inde Gepidis & Auaribus occupant, ad Belgicam usque Galliam omnia ferro ac flammis vastantes. Hoc etiam tempore Ricinensis Episcopatus Slesiarum, Vratislaviam translatus est. Electusque est hic Hieronymus Romanus primus Episcopus Vratislaviensis.

III.

Joannes Moravorum Episcopus tertius, sancti Sranislavi Cracoviensis Episcopi coartaneus, consentiente Severo, ex Canonico Pragensi à Segefrido Maguntino Episcopo ordinatus, anno sexagesimo tertio supra millesimum Pontificatus curam suscepit. Hic pro arce podium Iaromiro seu Gebhardo Pragensi Episcopo Vratislavi Regis fratris germano (qui non eam solum, sed & Episcopatum violenter occupare conabatur) se viriliter opposuit, Episcopatusque suo cum omnibus prædiis rursum reintegravit. Mortuus est anno Christi millesimo octogesimo sexto, septimo Calendas Decembris: post cuius mortem Episcopus

quinq; ferme annis vacavit, occupante eum iterum Gebhardo Episcopo Pragensi: qua etiam tempestate sanctissimus Carthusiensium ordo in Gallis excitatur, & Cisterciensium alter apud Burgundos auspice Bernardo de Clara valle.

IV.

Andreas Moravorum Episcopus quartus, ex Pragensi Canonico Joanni sufficitur, anno Christi millesimo nonagesimo primo, & à Richardo Maguntinensi Episcopo consecratur. Huius Pontificatu Vratislaus primus rex Boemiarum episcopalem Sedem ex Polessovvicz transtulit in Olomucz, atq; illic Ecclesiam Cathedralem sub titulo sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in suburbanis erexit: cui quum Andreas quinque annis præfuisset, moritur, atque in Ecclesia sua sancti Petri sepelitur. Sub huius exitu Hierosolymæ ingenti Saracenorum Turcarumque strage per Godofredum Gallorum Regem capiuntur, Christianiq; denovo iuris efficiuntur.

V.

Petrus Episcopus Olomucensis secundus, quintus in Moravorum Episcoporum ordine, Canonicus regularis Strahouensis cœnobii, in Pontificatu Andreæ successit. Huius electionem Bretislaus Dux Boemiarum Vratislai Regis filius vsq; adeo approbavit, ut deinceps statuerit neminem nisi eiusdem Cœnobii Canonicum in Episcopum Olomucensem eligi debere: quod etiam decretum literis suis ac diplomatibus perpetuo duraturum firmavit: idque in Episcopi & Pragensis Capituli contemptum, qui sibi electionem Olomucensis Ecclesiæ violenter usurpare nitentur: quæ quidem electio Canonicorum regularium de Strahovv continua serie centum & quinque annos duravit. Moritur Petrus anno Christi millesimo centesimo quarto, Nonis Juliis, sepultus in Strahovv.

VI.

Joannes Episcopus, dictus Ventrosus, in ordine Episcoporum sextus, Canonicus in Strahovv, concordivoto Ecclesiæ Olomucensi præficitur, non tam religione vitæ quæ

sanctimonia clarus, quam de Ecclesia bene meritus. Hic enim Cremfirum cum foro & omni iure ab Orhone Marchione Moraviae pro trecentis marcis argenti emit, Ecclesiamq; bonis adiecit: insuper Lubacum in Boemia à Sobieslao Duce Episcopatu incorporandum obtinuit. Moritur anno Christi vigesimo sexto supra millesimum ac centesimum, nono Cal. Martii, in Strahov sepultus.

VII.

Henricus cognomine Zdik, illustris Vladislai Ducis Bohemiae frater, ac Strahouienſis cœnobii professor, Johanni succedit: miræ sanctitatis ac innocentiae Pontifex, miserorumq; singulare profugium. Huius Pontificatus anno scilicet tricesimo supra millesimum ac centesimum, Venceslaus Orthonis Marchionis Moraviae filius, cultum diuinum amplificare studens, & Episcopium (quod patris continebatur angustiis) gloriosis structuris euehere, templum sub honore & titulo diui martyris & penatis Venceslai in arce sua Olomucensi erexit, sedemq; illuc episcopalem ex Ecclesia sancti Petri permissione summi Pontificis Innocentii II. transferri curauit, duodecim ibi Canonicis institutis. Hic etiam corpus sancti Christini pro Ecclesia sua recens constructa obtinuit, ibidemq; religiose recondidit. Addidit eidem & Ecclesiam Diui Mauricii intra ciuitatem Olomucensem, quæ antehac ad monasterium Gradicense pertinebat. Moritur tandem gloriosus hic Pontifex anno Christi 1150. V. II. Calendas Julii, in Monasterio Strahouienſi sepultus.

VIII.

Johannes ex numero Episcoporum VIII. Henrico viam vniuersæ carnis ingresso, Pontificatum Olomucensem suscepit. Canonicus regularis de Lybomisl. Hic dum Episcopatu septem annis præsedisset, moritur: & in Ecclesia sua Olomucensi ante introitum chori sub albo marmoreo lapide sepelitur. Ea tempora insignes cum Philosophos tum Medicos tulere, Auicennam Hispanensem, & Auer-

Auerroem Cordubensem, cognomento Commentatorem : cæpit & hac tempestate Lugduni pestifera Valdensium insania, q̄ alibi iam pridē extincta, virulenta tabe Bohemos tandē ac Morauos corripuit, longeq; ac late infecit.

IX.

Joannes IX. sextus vero Olomucensis Episcopus, cognomento Caluus cathedrę Olomucensis concordi omnium voto præficitur, Strahouienfis & iplę cænobii professus: vir magnę prudentiæ, eximię largitatis, ac singularis omnēs humanitatis & beneuolentię. Qui cum sedi suę iure omnium fauore benē & laudabiliter quindecim annis præfuisset, anno Christi 1172. moritur, & in monasterio Gradicensi prope Olomucz honorificē sepelitur.

X.

Dietlebus in ordine Episcoporum decimus, ex Strahouensi monasterio Pontificatum iniit, benēq; hunc & reipublicę administravit. Moritur anno Christi octogesimo primo supra millesimum & centesimum, & in monasterio Strahouu tumulatur : post cuius decessum sedes anno vacauit.

XI.

Peregrinus undecimus, Episcopus Olomucensis octauus, Dietlebo successit, ordinis & ipse Canonorum ex Strahouu, vir integer & pius. Hic nondum expleto Pontificatus sui quadriennio moritur, & fratribus suis Episcopus in Strahouu attumulatur, quo mortuo sedes biennio integro viduata est Præsule & Pastore.

XII.

Cayn, in catalogo Episcoporum duodecimus, ex Strahoua procurante Conrado Marchione Morauię pontificatus insulas, opponentibus se iterum Episcopo & Canonicis Pragensibus, suscepit : Pontifex qualem Paulus esse voluit, hospitalis ac modestus, profusa q; in omnes largitatis, in clerumq; tuum potissimum. Hic quotiescunque

Olomucium venit, non Canonicos solum, sed totum Ecclesiam suam clerum ex mensa & quadra sua paucis, facili & benignum se omnibus exhibuit, religioni mirifice vacavit, de quo id vulgo ferebatur, quod vox eius sonora verba Dei, & quasi vox angelorum. Moritur pius & religiosus Pontifex anno Christi 1194. pridie Idus Januarii.

XIII.

Engelbertus natione Brabantinus, Canonicus & ipse regularis de Strahovv, in ordine Episcoporum XIII. Olomucensem Sedem, ubi pridem Archidiaconus & Canonicus fuerat, obtinuit, magni consilii vir, & ob hoc à Principibus & optimatibus in maximo precio & exultatione habitus. Canonicos suos miro amore & benevolentia complexus, & ab eis vicissim paterna veneratione cultus, nulli noxius, quin potius erga subditos suos mirifice benignus: sciens boni pastoris esse, tondere oves non deglabere. Moritur plenus dierum XVI. Calend. Januarii: anno Christi centesimo nonagesimo nono supra millesimum. Hic totum Ecclesiam rectum plumbo vestiuit.

XIV.

Bauarus Boemus, nobili genere natus, ex Strahouienensi cœnobio, Engelberto in Pontificatu sufficitur: vir gula & ventri totus immersus, seditioibusq; & turbis plus quam quieti intentus: helluo & prodigus, miserabili ob hoc exitu vitam finiuit. Nam quum in monasterio Milevsk sacra operaretur, intraq; Canonem primam supra calicem benedictionem extenderet, apoplexia correptus concidit, omniq; membrorum destitutus officio infelicem animam Calendis Octobris exhalavit anno Christi ducentesimo primo supra millesimum, in Strahouia sepultus: post qua series electionis Episcoporum ex Strahovv cessavit. Fuit ea tempestate memorabilis ille vir Balduinus, Decanus Olomucensis, natione Romanus, perpetuo praconio ob ipse in Ecclesiam bene merita celebrandus, qui ordinem cantus & Psalmodia, quæ hodie in Ecclesia Olomucensi obier-

obseruatur, primus distinxit, libris antiphonariis ad id propriis sumptibus coemptis: omnibus insuper se humanum & facilem præstitit, & Italici licet sanguinis, hospitem se ac liberalissimum & externis & domesticis præter modum exhibuit. Moritur anno Christi ducentesimo tertio supra millesimum, sexto Calend. Decembr.

XV.

Robertus, natione Anglicus, quintus decimus in Episcoporum ordine, Olomucensem cathedram (quum prior in Nepomuck fuerat) obtinuit, homo excellenti literaturæ præditus, magna prudentia ac morum grauitate insignis. Hic Sarcophagum Diui Christini auro & argento ædificatum, gemmis preciosis vndiq; distinctum, pulcherrimo opere cælatum magnis sumptibus & impensis Ecclesie suae contulit, crucemq; preciosissimam duodecim marcarum auri à Vladislao Marchione filio Przemisl, seu Otacari tertii Regis Bohemiae pro Ecclesia similiter dari obtinuit. Multis beneficiis & sacerdotiis peculium Diui Venesl. augendo: namq; præposituram de bonis suis in Ecclesia Olomucensi primus instituit, villam Miedvviezy Bohemiae perpetuo possidendam tradidit, compluribusq; privilegiis & diplomatis Principum indulgentia adauit. Moritur diis & hominibus gratus præsul 16. Calend. Novembris, anno Christi ducentesimo tricesimo secundo supra millesimum in Velegrado sepultus. Quo anno Diuus Antonius Vlyxipone: in Apotheosim coram Patavii refertur. Sub hoc duo illa clarissima religionis Christianae lumina Franciscus Assisates, & Dominicus Calaguritanus ordinis mendicantium architecti, paupertatisque veri sectatores illuxere, miroque sanctitatis & doctrinae fulgore, totum orbem illustrauere. Clarior & Diua Elizabetha Andreae Pannoniarum regis illustrata hac eadem tempestate.

XVI.

Fridericus sextus decimus, Roberto vita functo, Eccles-

siæ Olomucensî præficitur. Nihil de hoc memorabile
 gitur. Moritur anno Christi ducentesimo quadragentesimo
 primo supra millesimum: post cuius mortem Vilhelmo
 quidam per Capitulum erat electus, aduersus quem Ves-
 ceslaus Rex Boiemorum Conradum de Fridebergk
 lenter intrusit: verum Decanus & Capitulum, spontane-
 um pro ecclesiastica libertate subeuntes exilium per
 ptennium ferè contra Conradum in Romana Curia
 sam egerunt, iura ipsorum & electionem defendentes
 quousque anno Christi ducentesimo quadragesimo
 primo supra millesimum in Brumonem de Schœnbergk
 vnanimi voto fuit consensus, Vilhelmo in potestatem
 manus summi Pontificis Adriani quarti iuri & electioni
 suæ cedente. Ea tempestate Scythæ & Sarmathæ profun-
 da paludis Meothidos egressi, Poloniam & Hungari-
 late peruagati, in Germaniam vsque penetrauerunt, omni-
 que cædibus igne ac ferro populati, miserabilem stragem
 vndiq; edidere.

XVII

Brumo Comes de Schœnbergk, natione Saxo, præ-
 nunquam satis laudatus, cedente Vilhelmo, pontificias in-
 fulas, ac Olomucensî Ecclesiæ moderamen suscepit: he-
 mo præstanti ac liberali forma, singulari consilio ac hero-
 cis quibusque virtutibus egregiè dotatus, Disq; & homi-
 nibus iuxta acceptus. Hic Ecclesiam suam tenuem & in-
 opem adeo auxit & locupletauit, vt eam de nouo visus sit
 instituisse & erexisse. Cremsiriū enim in primis muni-
 cinxit, & ex pago in ciuitatem turribus & propugnaculis
 munitam euexit, Collegium in ea Diui Mauricii, instituit
 illic Decano, Præposito, & Canonicis, ex fundamentis cre-
 rexit, ac liberalissimè dotauit. Comitatum Hukenswaldi
 cum arce & oppido Ostrauia, necnō Comitatum Schœn-
 bergk, cum arce & oppido Kelcz, cumq; multis prædiis
 & villis Ecclesiæ suæ adiecit, oppidumq; insuper Halyn
 Pravczize & Nimczize cum antiqua villa à rege Otto-
 charo obtinuit. Præterea Scolastriam & quatuor præben-
 dat

in Vitonicz & Friczonicz de nouo creauit. Insuper pro
 manento & tutela Ecclesie complures insignes Vasallos
 instituit, variaque his bona & pradia in feudum concessit,
 adeo vt Olomucensis Episcop. antehac pauco cleri sui co-
 munitate contentus iam militaribus etiam viris honestissimè
 honoratus procedat, ecclesiasticâq; ac militari æque præful-
 geat dignitate. Moritur gloriosissimus hic Pontifex anno
 Canisti ducentesimo octuagesimo primo supra millesim-
 um, duodesimo Calend Martii, in Collegio Cremfuren.
 quod ipse extruxerat, sepultus. Floruere ea tempestate Al-
 bertus cognomento Magnus, ac Thomas Aquinas, viri &
 innocencia clari, ac præstanti ingenio & eruditione
 illustres.

XVIII.

Theodoricus octauus decimus, Morania Episcopus,
 mortuo Brumone in Pontificatu successit, non minus
 sapientia quam religione ac vita innocencia clarus. Hic
 nullam gloriosissimam Deiparæ Virginis ante auroram sin-
 gulis diebus in Ecclesia Olomucensi solenniter decantari
 instituit, præbendam in Powla per illustrissimum Princi-
 pem Otthocarum ac Veaceslaum ipsius filium de nouo
 fundari obtinuit, & alias insuper quatuor in Slatina de red-
 uctibus propriis adiecit. Mortuus anno millesimo trecen-
 tesimo secundo, sexto Idus Octobris: Olomucii in ingressu
 huius sepultus. Fuit hoc tempore in precio Scotus, argu-
 tum ille Sophista, cui posterè Subtili cognomen indi-
 cre.

XIX.

Iohannes dictus Haly, ex Catalogo Pontificum nonus
 decimus, Olomucensem cathedram post Theodoricum
 obtinuit, vir magnæ prudentiæ optimeque meritis de Ec-
 clesia sua: namq; parochialem Ecclesiam in Slapanicz sco-
 lasticæ Olomucensi contulit ac uniuert, statuitque vt dein-
 cept Archidiaconatus, scolastria & custodia non nisi præ-
 bendatis Ecclesie Olomucensis Canonicis conferantur.
 Mortuus est Nonis Octobribus, anno Christi 1201. su-
 ffff

pro millesimum, in Ecclesia Olomucensi ante Altare Sanctæ Ludmillæ sepultus.

XX.

Petrus cognomento Bradawicze, ex famigerabili procerum de Lomnicz familia ortus, Pontificales in solas per Iohannem suscepit, vigesimus in Episcoporum ordine. Hic cum Ecclesiæ triennium laudabiliter prædesisset, mortuus Pragæ, in Ecclesia metropolitana S. Viti sepultus.

XXI.

Conradus ex Catalogo Pontificum vigesimus primus Comitiis publicis Ecclesiæ Olomucensi præficitur; magnanimus Ecclesiæ tutor & defensor. Hic villam Chrzenowicze prope oppidum Cogetin emit, Ecclesiæque & Capitulo perpetuo possidendam tradidit: constitutionesque liberrimas clero suæ diocesis sancivit, plurimisque Ecclesiæ ornamentis auxit. Mortuus Idibus Augusti anno Christi 326. supra millesimum, ante altare S. Cordæ in Ecclesia sua humatus.

XXII.

Henricus Berka, ex vetusta & insigni familia procerum de Duba, Conradus in Pontificatu successit, Olomucensem Cathedralam in ordine Episcoporum vigesimus secundus, sancte & religiose administravit, villam Chrzenowicze ex manibus Ioannis de Lucemburgk Bohemiæ & Poloniæ Regis vendicavit, Ecclesiæque reddidit: Ecclesiæ parochialem in Wischow Decanatus uniuit. Mortuus Pragæ quarto Calend. Ianuar. anno Christi trecentesimo trigentesimo tertio supra millesimum. Ibidem in Ecclesia Sancti Viti sepultus.

XXIII.

Iohannes cognomento Wolko, filius Venceslai regis Bohemiæ, vigesimus tertius in Pontificum Catalogo, Henrico successit, moxque religionis zelo succensus, monasterium sanctimonialium in Pustimir à fundamento novis sumptibus erexit, copiosisque redditibus dotavit, vestibusque insuper ac suppellectili argentea magnifice ornatum. Ibidem

idem illustris ac religiosus Pontifex insigni pompa & apparatu sepultus.

XXIV.

Ioannes cognomento Oczko, ex clara procerum de Wlaskim familia: in Episcoporum ordine vigesimus quartus. Wolkone vita sancto ex Praeposito omnium Sancto- rum in arce Pragensi favore inuictissimi Principis Caroli Romanorum & Bohemiae regis, Episcopatum Olomu- centem sortitur: non multo post ad Metropolitanam Ec- clesiam Pragensem translatus, carmineoque culmini ascri- ptus, ac rabri galeri honore sub titulo Basilicae duodecim Apostolorum à summo Pontifice insignitus, magna au- thoritate Ecclesiam sibi commissam administravit: postq; tanta laudabiliter gesta ex hac luce feliciter migravit: se- pulchrum in Ecclesia Pragensi. Ferunt huic genitricem Dei Matrem in arce Raudnik visibiliter apparuisse.

XXV.

Ioannes de nouo Foro, Episcopus Lythomyslenfis, ad Caroli Augusti Cancellarius, ad Ecclesiam Olomucensem translatus, ipsius curam non inuitus suscepit. Hic mona- stium Heremitarum S. Augustini in Lythomisl à fun- damentis erexit ac liberaliter dotauit: Ecclesiam Olomu- centem per familiares Iodoci Marebionis ignis consum- ptam iniuria restituit. Moritur anno Christi 380, supra mil- lium, in Lythomisl humatus, in monasterio quod ipse fundauit.

XXVI.

Petrus cognomento Gelyto, vigesimus sextus in Episco- porum ordine, Ecclesie Olomucensi praesedit, ex Chorenfi- num sede in Magdeburgensem Ecclesiam translatus: inde Venceslai Romanorum & Bohemiae Regis ductus Olomucensi Cathedra praefectus: homo magni animi, Ecclesia sua & religione optime meritis: monaste- rium Canonicorum regularium in Lantzkrone magnis sumptibus, propriisq; impendijs extruit: ornamentis ecclesia- sticis egregie decorauit. Insuper altare S. Briceii in Ecclesia

Olomucensi erexit. Hic etiam munitionem Drzewicz cum villa Popowicz pro se & suis successoribus favore Regis Venceslai emit. Moritur pius Pontifex Idib. Feb. Anno Christi 387 supra millesimum: in Monasterio Lanitzkonnensi humatus.

XXVII.

Ioannes Iodoci & Procopii Marchionum Moraviae fater germanus, ex Ecclesia Lythomisensi violenter ac recente Capitulo Cathedrae Olomucensi praeficitur, Iodoco & Procopio bona Ecclesiastica praeter fas occupantibus miserabiliterque distrahentibus. Quo audito, Urbanus Pontifex Maximus Ioannem confirmare renuit, sed nos & tranquillitati Ecclesiasticae consulere cupiens, ad Patriarchatus apicem Ecclesiamque Aquilegiensem promovit Nicolaum verò de Prussia ex Ecclesia Constantiensi Episcopatum Olomucensem, in Catalogo Pontificum vigesimum octavum, praefecit, dissipatorem Ecclesiasticorum bonorum, magisque principum commodis quam Ecclesiae usibus fauentem. Nam arcem Modritz & Melitz cum oppido Wilchau Iodoco Marchioni pignoris nomine tradidit, dissipatisque bonis Ecclesiae in Bohemia Pragae acquisitionem Drzewicz incoluit, ubi & mortuus est, & in Ecclesiam suam Olomucensem translatus.

XXVIII.

Joannes dictus Mraz, nunquam sine honoris praefatione nominandus, Iuris Pontificii Doctor, ex Praportia Zderasensi Ordinis Cruciferorum Sacri Sepulchri, ad Ecclesiam Olomucensem primum electus, inde verò ad Olomucensem postulatus, non Episcopum gessit, sed sacrilegum atque praedonem: non contentus enim Ecclesiasticis bonis, oppida & arces per libidinem distrahere, à sacris etiam vasis suppellectileque Ecclesiastica non abstinuit. Sed dum se ob religionem Sanctorum ossa & reliquias veneraturum fingit, in ades sacras matricis Ecclesiae se introitus prope noctis crepusculum petiit, satellitumque superatus

tertia, res Ecclesie (ductu Smilonis de Wyczow Canonice Vicarii sui in spiritualibus) abstulit, ac easque quae pro curia & fidelis custodia ad sacras ardes repositae erant, effregit, thesaurum inde vi auri & argenti subducta. Hic etiam postquam arcem Hukenwald contra inhibitionem Summi Pontificis Sigismundo Caesari tradidisset, maioremque partem bonorum Ecclesie vel alienasset, vel oppignorasset, arcem Myrow duntaxat, pro vsu suo & molendinorum in Cremsiretinuit: unde & proverbium inoleuit, ex Episcopo Olomucensi molitorem Cremsirensem esse factum. Mortuus anathemate damnatus, ac corio bubulo inuolutus, in domo sua Episcopali sepelitur, obtenta tamen post mortem absolutione, exhumatus ante eum locum, ubi familiarium commiserat, in Ecclesia reconditur.

XXIX.

Ladislavus, alias Laczko, nobilis de Crawar in Episcopo ordine vigesimus nonus, sacrilego Mrazoni concordibus suffragiis sufficitur, renitente Iodoco Marchione Moraviae, & Smilonem illum sacrilegum de Wyczow adularium eidem subornantem: Cui & octo millia nummorum aureorum tradidisse fertur, ad causam contra eum in Romana Curia instituendam. Verum Smilone Romae impotenter & probrose vita functo, Ladislavus Episcopatu pacifice potitur, redemptisque nonnullis bonis, quae Mrazo oppignorarat, ac Ecclesiae redditae, Suitaviaeque ex manibus Sigismundi recuperata, toxico (vix fertur) anno Christi 1408. necatur: in Ecclesia collegiata S. Mauricii Cremsirensis sepultus. His temporibus Emanuel Chrisoloras Banzius litteras Latinas & Graecas, a quingentis ferme annis foeda barbarie occupatas, in Italiam veluti postliminio reduxit, mira quoque felicitate auxit, ut Varronis Marciique Tullii secula rediisse videantur.

XXX.

Conradus natione Westphalus, humili genere natus, regni Bohemiae Subcamerarius, Laczconi succedit, homo

vanus & prodigiosus artibus que necromanticis ac sortibus
 contra professionem suam (vbi aiunt) infamis. Hic
 Ecclesie iterum diripuit, in duplaque quam predecessores
 ipse pecuniarum summa partium Venceslao regi, partium
 alius Marchionatus proceribus oppignorauit, fauore tamen
 dem Venceslai ad Metropolitanam Pragensem sedem
 translatus: cuius bona, eque atque in Moravia fecerat, dilata
 xii, in Hussitarum insantiam (qua tum pullulare coepit, mox
 multo post prolapsus, postquam duo errorum Archidiaconi
 Ioannes Hus & Hieronymus, Patrum Concilii Constantien-
 sientis decreto igni traditi fuissent.

XXXI.

Venceslaus cognomento Kralik, Patriarcha Antiochenus,
 post Conradum Ecclesie Olomucensis curam in com-
 mendam (sicut vulgo aiunt) suscepit: homo ventosus
 glorieque, supra quam religioso homini conuenit, cupidus,
 quiq; dum sacris operaretur, spectari prae aliis voluit,
 populumq; in admirationem sui pertrahere, altiore in Ec-
 clesia suggestu (quod ad id parare iusserat) consensit. Hoc
 etiam sub obtentu adeundi sacri Constantiensis Concilii
 magnam argenti vim a Capitulo mendaciter extorsit,
 quam Pragam vsque procedens, abligurauit, neq; ulterius
 (prout pollicitus erat) processit, redire tandem volens in
 Suitaui oppido Episcopali, pridie Idus Septembris defunctus
 anno Christi quadringentesimo vicesimo sexto supra-
 mensinum, in Ecclesia Olomucensi sepultus.

XXXII.

Ioannes de Praga in Episcoporum ordine trigessimus
 eundem, ex Lythomislensi sede ad Olomucensem postula-
 tos, variam fortunam expertus est, aduersante sibi Vences-
 lao Romano & Bohemia Rege, ad cuius importunitatem
 quidam Alfo Canonicus Vilsgradiensis fauore ha-
 bitorum & Conradi Archiepiscopi Pragensis pro Olomucen-
 si Episcopo per factiosos quosdam Canonicos factus
 est. Verum quum ea de re coram sacro Concilio Constantien-
 si controuersum esset, Ioannis electio approbata

sed vt in Cardinalium etiam cœtum sub titulo Sancti Ci-
 mici fuerit aggregatus. Qui tandem nutu Martini V. Pon-
 tificis Max. anno Christi quadringentesimo vigesimo sex-
 to supra millesimum vniuerso clero & populo sibi occur-
 rente & applaudente, in sedem suam reponitur, infula que
 & Cardinea & Pontificali decoratus, postquam laudabili-
 ter Ecclesia præsedisset, Strigonii moritur, Vacix sepultus,
 anno Christi tricesimo supra millesimum ac quadringen-
 tesimum. Hic non Pontificem modo gessit, sed fortissi-
 mum & militem & Imperatorem, hæreticorum copiis
 ipsius auspiciis sæpe fuis. Cum is cataphraeto etiam equo
 insidens, instructus eorum aciebus identidem occurrere
 non dubitaret, ob id vulgo Ferreus nuncupatus.

XXXIII.

Conradus qui & Kunzo, ex familia procerum de Zwo-
 johanni successit, Pontificii iuris professor, ac sacri pala-
 ti Apostolici causarum auditor. Hic Ecclesiæ suæ cura ne-
 glecta Sigismundum Cæsarem passim per Pannoniam &
 Germaniam comitabatur, duorum tantum aut trium fa-
 milicio ob auaritiam contentus: quamuis præter Episco-
 patum multis sacerdotiis abundasset. Mortuus Vlmæ in
 Sueuia, quum tribus annis Ecclesiæ præsedisset.

XXXIV.

Paulus nobili genere de Miliczin natus, ex Prapposito
 Pragensi ob memorabilem hominis probitatem Ecclesiæ
 Olomucensis Pontificatum suscepit, tricesimus quartus in
 Episcoporum ordine. Multa hic Ecclesiæ bona ab iniustis
 possessoribus vel vindicauit, vel redemit, Ecclesiæ que de-
 nuo reddidit grauissimis ob hoc hæreticorum persecutio-
 nibus attritus, quorum insidias pro comiciis in Mezerzioz,
 & Prost anno bis ægrè effugit: armatis eum hostibus con-
 quassime insequentibus, quamuis corpore obeso esset, &
 ob ætatem inualido & imbecilli, singulare in pauperes pie-
 tatis exemplum: quorum greges quocunque ibat ipsum

consequantur, pro foribus hospitii ipsius continēte
cubantes. Moritur tandem pius Pontif. sexto Nonas Ma-
anno Christi millesimo quadragesimo, quinquage-
mo, Brunna in Collegio S. Petri sepultus.

XXXV.

Ioannes dictus Haz de Brunna Paulo vita functo, Pon-
tificatum obtinuit: quem ipsi prius quam vita excedente
destinasse fertur, cum Praepositus Olomucensis fuisset: in
magni consilii, iurisque Pontificii egregie peritus. Hic Le-
dislaum Alberti filium regio diademate imposito in Bohe-
morum Regem inunxit. Mortuus non multo post in Me-
glycz oppido Episcopali, ac in Ecclesia sua Olomucensi se-
pultus. Huius tempore anno scilicet salutis quinquage-
mo secundo supra millesimum ac quadragesimumum,
Bizantium seu Constantinopolis ab Armate Turcarum
Imperatore magna Christianorum Principum ignominia
capitur, insigni summæ Sophiæ templo prophanis visibus
polluto, captis postridie etiam Galathis, quam hodie Peram
appellant.

XXXVI.

Bohuffius tricesimus sextus in Pontificum Catalogo
Conradi de Zwola gentilis, Episcopales infulas Iohanne
nuper extincto suscepit, iuris & ipse Pontificii professus, si-
gique Ladislaos (cuius Consiliarius erat) ob rerum agende-
rum peritiam apprimē acceptus. Hic 8000 aureum num-
mum à clero acceptis, Cremfirium oppidum redemit, ec-
clesiæq; rursus restituit: non multo post temporibus in-
expolcentibus iterum id oppignorare coactus. Paucis
tempore Ecclesiæ præfuit, hæreticorum odio veneno (ut
fertur) Viennæ necatus. Ita enim medici interanea ipius
scrutantes alleuerasse produntur. Sepultus Olomucen-
sibus loci, vbi Mrazo ille sacrilegus humatus erat, quem viuentem
vt inauspicatum semper cauebat.

XXXVII.

XXXVII.

Prothasius de Czrnhora, ex illustri Bozkowiceorum gente, quum in Ticinensi gymnasio ageret, ad Pontificatum ascitus, Ecclesiae Olomucensi praeficitur: & ab Iodoco Episcopo Vratislauenſe ex Rosensibus regulis Georgio Podiebratio Bohemiae Rege praesente insigni pompa ac magna procerum frequentia in Ecclesia sua coronatur: homo excellenti ac procero corpore, facie liberali, miraque prudentia, ac singulari eloquentia praeditus, sacrorum curam diligentissimam gessit, nihilque Episcopatum cerimoniarum unquam obmilit. Hic arcem Wisthaw regis structuris euexit, Ecclesiamque illic à fundamentis magnis sumptibus extruxit. Moritur peste nono Calendas Septembris, anno Christi octogesimo secundo supra quatuorcentisimum ac millesimum: in Ecclesia sua Olomucensi sepultus. Per eius tempora floruerunt viri omni aetate memorandi, Laurentius Valla, Theodorus Gaza, Guarinus Veronenſis, Leonardus Aretinus, Pogius, Franciscus Philolophus, Latinae linguae egregii vindices & assertores.

XXXVIII.

Mortuo Prothasio, Ecclesia Olomucensis longo tempore inſtitute suo caruit: quindecimque ferè annis apud administratores ad hoc per Capitulum designatos, administratio & spiritualium & temporalium fuit. Interea Matthia Coruino Pannoniae & Bohemiae Rege prouidentia, ut Iohannes Episcopus Varadiensis eius curam suscipere, Pontificemque gesserit, ex obscuro hic oppido Morauiae Proſtanno processit, ingenio tamen & industria sua ad culmen euectus, ut neminem per ea tempora inter sui Ordinis homines parem habuerit, breui administrationis tempore gloriosis structuris arcem Vischaw & Mitrow ornauit. Cænobium Omnium Sanctorum Canoniorum regularium in suburbanis Olomucensibus ex fundamentis erexit, oppidum Muglicz ex Episcopalibus sumptibus redemit, Ecclesiaeque restituit: verum eo familiae

ffff 5

Diui Francisci non multò post ascripto, quum Episcopus ad Sedem Apostolicam deuolutus fuisset, Innocentius octauus Pontifex Maximus Cardinali Allerienti hunc con- tulit, eoque extincto, Alexander sextus ad eum rursus Episcopatum Cardinalem Montis Regalis suffecit. Quomodo impensa ac fidelissima opera Stanislai Thurzonii (qui Ecclesiam nunc sancte, integre ac religiose præsides) libertate pristinae restitutus est, Capitularique rursus electione permittus. Ea tempestate clarissimi illi philosophiae triumphum effulsere, Iohannes Picus Mirandulanus, Hermolaus Barbarus Patricius Venetus; & Platonicae philosophiae auctor Marsilius Ficinus Florentinus.

Hæc reperire potui ex tempore in Bibliotheca meorumque. cæterorum Catalogos qui suppeditauerit magnam inierit gratiam apud Typographum. qui aliorum etiam Episcoporum extra Germaniam specimen istud fabricandum putauit.

ARCHIEPISCOPI SANCTÆ ECCLESIAE MEDIOLANENSIS.

Ex Actis Car. Borromæi.

I.

S. Barnabas Apostolus, Cyprius, Romæ primum fidei prædicauit, deinde Mediolanensem Ecclesiam instituit, in qua Episcopus sedit annos 7. Inde Bergomum, & Brixiam profectus, hic Narnum, illic Anatolium Episcopum reliquit.

II.

S. Anatolius, beati Barnabæ Apostoli discipulus, Gor-